



Universitätsbibliothek Paderborn

**Lerna Malorvm Omnivm; Sive Gravitas, Et Damna Peccati
Mortalis**

Arias, Francisco

Monachii, 1648

Cap. XLIX. De contritione & lacrimis, quibus deflentur peccata, eorumque
venia obtinetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46756](#)

De contritione, & lacrimis, quibus deflentur peccata, eorumq[ue] venia obtinetur.

C A P. XLIX.

ALiud remedium animæ à peccato mortali liberandæ est contritio, quâ dolet, pœnitetque ipsam præteriorum peccatorum, flet, quod ea commiserit, ac sese emendare proponit. Hunc dolorē, & has lacrimas ex corde Deus à nobis in sacrâ Scripturâ requirit. Per Ieremiam populo suo, à quo offensus erat, dicit: *a Filia populi mei (sic congregationem Fidelium vocat) accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum.* Et per Ioëlem peccatoribus ait: *b Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu; sique tantus sit, ut scindat, ac dirumpat corda vestra.* *c Sanctus item Iacobus Christi nomine idem ab omnibus peccatoribus exigit, dicens: Misericordia vestra.*

a Ier. 6.26. b Ioe. 2.12. c Iac. 4.9.

de.
de.
accato
itio,
teri.
com-
onit,
orde
equi-
i quo
li mei
ocat)
nere :
ama-
nit: b
estro,
isque
t cor-
bus'
pec-
ffote,
&
Ø
l lugete, & plorate propter offensas,
quibus Deum affecistis. Amaritudo,
quæ suscipitur, & lacrimæ, quæ pro-
funduntur ob iacturas, ac damna re-
rum temporalium, ut propter furta,
propter infamias, propter mortes li-
berorum, & consanguineorum, non
sunt necessariæ, nec vtiles; quia hæ
pœnæ sunt quæ veniunt de manu Dei
in bonum animarum nostrarum, &
quò minore cum tristitiâ, maioreque
alacritate acceptantur, hoc magis sa-
tisfactoriæ, & apud Deum meritoriæ
sunt; & quia etiam per tristitiam, ac
lacrimas hæ iacturæ, & damna non re-
fariuntur: Sed tristitia, dolor, plan-
ctusque cordis, qui suscipitur, & fit
propter peccata, iacturasque spiritua-
les, pernecessarius est, cum sit inuiola-
bilis ordo diuinæ iustitiæ, ut pecca-
tum puniatur, & nemo, nec magnus,
nec parvus id impunè ferat. Verùm
hæc iustitiæ lex à Deo hac alterâ mise-
ricordiæ lege temperatur, ut si homo
fit sui ipse iudex, seque puniat, ille

acqui-

acquiescat, eumq; à pœnâ, quam meretur, liberet. Propterea necesse est, ut homo, qui peccatū habet, doleat, seq; mœrore, & planctu, saltem interiore, alijsque pœnitentiæ operibus affligat, quò sic sua ipse puniat peccata, & pro illis diuinæ iustitiæ satisfaciat. Neces-
sarium quoq; est, vt de præteritis pec-
catis contristetur, quia homō, qui pec-
cauit, relinquere debet malam vitam,
& vitam nouam incipere, nec potest
feriò bonæ vitæ initiū facere, nisi pœ-
niteat, doleatq; de malâ, quam duxit,
vitâ. De hac bonâ tristitiâ S. Paulus
ait: *a Quæ secundum Dei voluntatem*
tristitia est, vt quæ propter peccata su-
scipitur, veram pœnitentiam in salutem
stabilem operatur, quia per pœnitentiâ
spiritualis, æternaque animæ salus ac-
quiritur. Hæc est, quæ nobis incum-
bit, bonæ iustitiæ necessitas. Nunc mi-
rabiles illius utilitates, fructusque vi-
deamus. Per hanc tristitiâ, & per hunc
planctum omnia animæ peccata absu-
muntur. Quemadmodū Ægyptij, qui

a 2.Cor.7,10.

filios

mari
perf
talia
niter
merg
na fi
quef
tristi
emo
cata
gent
sum
dice
Deo
quic
ptif
mini
ad p
vni
pan
run
ctû
dā
m⁹

De grauitate peccati mortalis. 561

filios Israël persecuti sunt, omnes in mari perierunt, ut *nee unus quidem superfluerit ex eis*; sic omnia peccata mortalia, ne uno quidem excepto, per pœnitentiæ tristitiam, & planctum submerguntur. Quemadmodū si cera plena figuris in ignem mittatur, ipsa liquefit, & figuræ destruuntur, sic per tristitiam ex amore Dei profectā anima emollitur, ac recreatur, omniaq; peccata, quæ in eâ erant, pereunt; pertinente huc bonâ tristitiâ, quæ illa consumit. Id significat S. Chrysostomus, dicens, lacrimas, pœnitentiæ esse corā Deo instar baptismi. Et verè sunt alter quidam baptismus; sicut enim per baptismum ritè suscepimus tolluntur omnia peccata quoad culpam, & quo ad pœnā, sic per pœnitentiæ lacrimas vniuersa peccata mortalia quoad culpam, & sæpè etiam quoad pœnā auferruntur. Huius effectūs tristitiae, planctusq; propter peccata, insignia quædā exempla in scripturā diuinā habem⁹. Peccārat grauiter Dauid, & cū per

a *Exod. 14.28.*

an-

annum solidū peccata sua obliuione
obruisset, vénit ad eum Nathan Pro-
pheta, ac per parabolam quandam ei
peccata ab ipso commissa, eorumque
grauitatem in memoriam reuocauit,
Tunc Dauid in seipsum descendens,
taetusque diuinitus, summum dolo-
rem, & tristitia concepit, quod Deum
offendisset; & cum hoc dolore confes-
sus est peccata sua, dicens: *a Peccati
Domino:* eodemque momento Deus
illi omnia peccata quoad eorum cul-
pam dimisit, & sic statim audijt sen-
tentiam Sancti Spiritus, qui per os Na-
than dixit: *Dominus transstulit pecca-
tum tuum.* Et quamuis non liber ab
omnibus, quas ei Deus immisit, tem-
poralibus poenit extiterit, tamen liber
a culpis, poenisque æternis fuit. Ma-
nasses rex Iuda innumerabilia, & enor-
missima peccata commisit, *b Sanguine
nem innoxium multum nimis fudit, pec-
care populum Idolatriæ peccato fe-
cit;*

*a 2. Reg. 12. 13. b 4. Reg. 21. 61. 2.
par. 33. II.*

uit; & cum in Babylone *vincitus catenis,*
atque compedibus esset, aperuit oculos
a captiuitate *coangustatus*, peccata sua
considerauit, maximam propterea tri-
stitudinem concepit, & cum intimo cordis
sui dolore Deum, ut sibi ignosceret,
orauit, dicens: *Peccavi in te, Domine,*
iniquitatem meam agnosco, ignosce mihi.
O ineffabilem Dei pietatem! ô incom-
parabilem pœnitentiæ virtutem! ô
mirandam tristitiæ propter peccata
susceptæ efficaciam! Eodem statim
temporis momento exaudiuit illum
Deus, pœnitentiam eius acceptauit, &
tot, ac tam grauia ipsi peccata dimi-
sic. a *Magna lacrimarum vis est*, in-
quit S. Chrysostomus. *Vis dicam, quan-*
um lacrimæ valeant? Maximum vir-
utis munus Martyrium est, siquidem
Martyres vitam pro Christo ponunt.
Iam quemadmodum *Martyres sanguinem*
fundunt, sic peccatores pœnitentes
lacrimas fundunt: & hæ cum illo san-
guine similitudinem habent; nam sicut

Mar-

a *D.Chr.hom.2.in Ps.50.*

*Martyrum sanguis omnia delet peccata, sic ea pœnitentium lacrima oblitterant; & interdum non solum quoad culpam, sed etiam quoad pœnam illa tollunt, quemadmodum sanguis pro proximo fusus semper facit. Huius diuini effe-
ctus tristitiae, & lacrimarum propter peccata fusarum alia nobis in Euange-
lio exempla suppetunt. Multa, eaque grauissima fuerunt Mariæ Magdalene peccata, quā cum Christus illuminā-
set, pedibus illius aduoluta multas cū ingenti dolore lacrimas ob peccata sua profudit; eodemq; temporis pun-
cto Deus ipsi ea remisi, a ita ut ab illis libera esset quoad culpam, & quoad pœnam, siquidem fuerunt lacrimæ, ex magno amore profectæ, quæ ad de-
lenda peccata, animasque cum Deo v-
niendas sunt admodū potentes. b Sic S. Chrysostomus, cū amoris ignis, in-
quit, alicuius mentem fuerit ingressu, to-
rum inde torporē depellit, facitque, vt ea fons quidam suauissimarū lacrimarum exi-*

a Luc. 7, 49. b D. Chr. hō, 6. in c, 2. Matth.

existat: non nihil quippe ita conglutinat, atque unit Deo, ut illæ lacrimæ. Peccauit grauissimè S. Petrus, ter Christum negando: & cum idem Christus eum misericordiæ oculis respexit, in se reuersus est, & cum peccatum suum cum ingenti cordis sui amaritudine defleuisset, statim veniâ consecutus, tam perfectè in Christi amicitiam, intimamq; familiaritatē redijt, quam si non peccasset. O pretiosæ lacrimæ, quæ tanti valoris in Dei conspectu estis! ô mysteriosæ lacrimæ, quæ talia secreta operamini! exite foras per oculos, & lavate animā, quæ intus est: cum aqua sitiatis, exite de medio amoris igne, ipsumque ignem accendite. Multa aqua igne materialem extinguit, & sic vos accendentes sanctum diuini amoris igne, malum ignem concupiscentiæ, omnesque peccatorum ardores inde orientes extinguite. Pluua de cælo cadens mundat, ac purificat aërem à malis humoribus; & sic vos animas à vicijs mundate, ac purificate. O mirabili-

lia

lia Dei ! ô infinitæ potentiae ipsius,
bonitatisque opera ! Tristitia , & la-
crimæ per peccatum intrarunt : nisi
enim Adam peccasset, non fuisset in
mundo poena , nec dolor: & est tan-
ta Dei in hominem pietas , vt hæc ipsa
tristitia, & dolor, quem in peccati poe-
nam iniunxit , propter peccatum su-
ceptus , tollat ipsum peccatum , & sit
pretiosissima medicina , quâ animæ à
vitijs , ac passionibus , quæ per pecca-
tum introierunt , conualescunt ; *a O*
magnum Dei donum (exclamat Sanctus
Chrysostomus) quod in pœnam dedit in
salutem vertit : Et quemadmodum ver-
mis in ligno natus , id ipsum comminuit , sic
tristitia de peccato nata , peccatum commi-
nuit . Verum valde notandum est , vt tri-
stitia , planctusque cordis , qui suscipi-
tur , & sit propter peccata , habeat huc
effectum ea tollendi , necesse esse , vt sic
vera contritio , quæ est talis de pecca-
tis præteritis poenitentia , vt homo nol-
let ea pro vllâ re terrenâ commisile;

&

a D.Chr.hom.s.de pœnit.

& propositum ita firmum nunquam amplius peccatum mortale committendi, ut potius quicquid habet, ipsam adeo vitam amissurus, quam illi consensurus sit: utque ad hanc pœnitentiam, ac propositum principaliter propter Deum moueatur. Totum hoc necessarium est, ut tristitia, & dolor sine Confessione Sacramentali, sed cum solo eius proposito, omnia peccata mortalia ab animâ tollant. Hic præcipuus lacrimarum fructus est, consumere peccata, & animam cum Deo vnire. Alius earundem valde excellens fructus est, illuminare animam, quod maiore cum claritate, perfectioneque possit res diuinas cognoscere, & contemplari. Etenim peccatorum tenebris visus animæ obscuratus, & impeditus erat ad res spirituales clare videndas; & purgata per tristitiam, lacrimasque contritionis anima oculos mundos, clarosque ad illas lumine viuæ Fidei perfectius videndas, ac sentiendas, habet. Ita S. Isidorus, prius, inquit, *lucr.*

B b mis

a D. Isid. l. 2. de summ. bon. c. 8.

mis purganda sunt vitia, quæ gessimus, &
tunc mundâ mentis acie id, quod quars.
mus, contemplemur; ut dum antea flendo,
peccati à nobis caligo detergitur, munda.
tis cordis oculis liberè superna inspiciam.
tur. a Et S. Gregorius ait: quò uberioris
culpa defletur, eò altior cognitio veritatis
attingitur; quia ad videndum internum
lumen, polluta dudum conscientia, lacrimis
baptizata renouatur. Est etiam valde
preciosus tristitia, lacrimarumq; pro-
pter peccata fusarum fructus, animam
summoperè consolari, ac lètificare.
Res enim mira est, quod non solum
tristitia, quæ ex rebus temporalibus
capitur, anima cruciat, sed ipsa etiam
lètitia, & delectatio, quæ ex ijs percipi-
tur, in dolorem, ac tormentum ver-
titur: & tristitia, ac planctus, qui su-
scipitur, ac sit propter peccata, con-
solatur, recreat, & in gaudium, lèti-
tiamque commutatur. Habet enim ex
officio Deus, humiles, eosque, qui bo-
nis lacrimis lugent, & tristitiâ bonâ
contristantur, solari; & quando homo

per
a D, Greg. & B, Bonau. in Phar. l. 2. c. 18

per contritionem se humiliat, & tristitia, quam suscipit, sancta, & lacrimæ bonaæ sunt, vehementer eum consolatur, & latificat Deus, qui dixit: *a Beatis qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Dulciores sunt lacrimæ in gemitu orantium, quam gaudia theatrorum, inquit S. Augustinus. Et idcirco petebat eas à Deo magno cum affectu, dicens: *Da mihi, Domine, lacrimas internas, quæ peccatorum meorum soluant vincula. & cælesti iucunditate repleant animam meam.* Procuremus igitur hanc sanctam tristitiam, & has suaves lacrimas, utentes ad hanc rem sanctis considerationibus. *b* Sancta Birgitta nocte quadam vidit Iesum Christum D.N. quasi eādens horâ crucifixum, sibiq; dicentem: *En ut excruciatus sum. Illa existimans eādem horâ id factum, ait ad eum: Ecquis isthac tibi fecit, Domine?* Christus respondit: *Illi, qui me contēnentes peccatis suis offendunt, & charitatem meam negligunt, rursum me crucifigunt.* Ecquis homo Fide-

B b. 2. lis

a Matth. 5.5. D. Aug. Ps. 127. In medit. 0.36. b Sur. in Iul.

Iis erit, qui probè id considerans, non tristitiam, doloremque sentiat, quod, quantum in ipso est, Christum rursus crucifixerit? quis lacrimas cordis non profundat, quod eundem contemperit? Ad hanc sanctam tristitiam exhortatur nos S. Chrysostomus his verbis: *a Mæreamus igitur mærorem gaudij auctorem, & ne gaudeamus gaudium, agritudinis parentem. Emittamus lacrimas multum voluptatis seminantes, & non rideamus risum, qui stridorem nobis dentum gignat.* Afflitemus nos afflictione illâ, unde requies existit; & ne delicias queramus, ex quibus arumna, & dolor ad breue tempus in terrâ laboremus, ut perpetuò nos obligeamus in cœlis.

a D. Chr. serm. 15. ad Philipp. c. 4.

De Confessione Sacramentali, per quam anima à peccatis mortalibus liberatur.

C A P. L.

Aliud remedium, quo anima à peccatis commissis se liberat, & ad ea non